

**Hochschule für Musik und Tanz Köln -
Hochschulbibliothek**

Planctus Beatae Mariae Virginis

Benelli, Antonio Peregrino

[Lipsiae], [1821]

Widmung

[urn:nbn:de:hbz:kn38-6006](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:kn38-6006)

~~K 17559~~

R 1749

Rex Augustissime!

*Quos TUIS auspiciis, TUA clementia et propitia
voluntate fultus, AUGUSTISSIMO nomini TUO
inscribere et dedicare ausus sum modos musicos,
cantui, quem fervens majorum pietas per seculorum
decursum consecravit, summorum in arte musica
Magistrorum ars insignis nobilitavit, attemperatos,
TU IPSE pro ea, quae in TE est, divinae musices*

*peritia optime dijudicabis et pro ea, qua polles, huma-
nitate quasi clientem manus **TIBI** tendentem sublevabis.*

*Quod si suffragium **TUUM** in incepto tam difficili
me paventem recreaverit, me beatissimum fortunatis-
simumque esse arbitrabor, et praemium quo majus
mortali vix contingere potest, cumulatissime accepisse
gloriabor.*

*Annuat Deus Optimus Maximus votis pro inco-
lunitate **TUA**, **REX AUGUSTISSIME**, pia mente
conceptis, **TE**que diu et civitati et ecclesiae et artibus
statorem conservatoremque adesse jubeat*

Majestatis R. G. S. A.

*Dresdae
die XIII Junii
MDCCCXXI.*

*Humillissimus devotissimus obsequentissimus
Antonius Benelli
Cantor Regius Aulicus.*

